



~~2/1~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-2

SIGNAT. MDCCCXIII.



Ultima Pietatis Verba

VIRO-JUVENI

CLARISSIMO PRÆSTANTISSIMO
DOCTISSIMOQVE

DN. M. JOHANNI
SURLANDO

HAMBURGENSEI,


VVITTEBERGÆ

D. XXII. Octobr. Anno c1o 1o c LXXVI.

*splendidissimâ Exequiatorum frequentiâ
elato.*

Poneb.

Collegii Concionatorii in templo arcis
diei Mercurii membra.




Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typographi.

Ultima Pietatis Verba
VIRO-IUVENI
SE CERRISSIMO PRAESTANTISSIMO
DOCTISSIMO
DN. M. JOHANNI
SURLANDO
HAMBURGENSI,

WITTEBERGAE
D. XII. Octobr. Anno cl. m. ccc. lxxvi.
Schedensium Exordium
claus.
Ponch.

Collegii Concionatorum in templo arcis
dici Mercurii membra.



Lucas MATTHIAS HANCKELII, Acad. Typographus.





Proh dolor humanis nihil est durabile rebus,
Heu nihil est constans perpetuumque
datum.

Ut tener æstivo quem læsit Syrius æstu

Flos cadit, & succo deficiente perit:

Sic quoque vita fugit variis obnoxia morbis

Nostri, nec est ullo firma vigensque loco.

Mors ruit in cunctos, atque omnia mente minaci

Demetit, hinc juvenes, sic rapit inde senes.

Nec prece nec precio est superanda, nec artibus ullis,

Tardius aut citius mors sua quemque manet.

Non decus, aut vegetæ prohibent in corpore vires,

Nec prohibet doctæ nobilis artis honos.

Id quoque testantur, **SURLANDI** tristia fata

EXIMII JUVENIS, QUI PIETATIS AMANS.

Hic vernans obiit tenero sub flore juventæ,

Dum columen fuerat, præsidiumque **PATRIS.**

Contulit huc sese patrios linquendo Penates,

Cultior ut posthac qualibet arte foret.

Doctrinæ, laudum, virtutis & alta cupido

Longinquas patriam fecit adire plagas.

Flagrantem studiis doctis **WITEBERGA** recepit,

Atque suo ingenio visa favere fuit.

Nam res pro votis cessit; dum nocte dieque

Artibus impendit tempora grata bonis.

Affiduo didicit doctrinam quamlibet usu,

Circuitus Sophiæ quam spaciosus habet.

Jam Logicas, penitus veris è fontibus artes

Hauferat, & Latios Cecropiosque sonos.

Jam poterat rerum tectas cognoscere causas,

Noverat & Physicæ dogmata culta scholæ.

Jam coeli poterat radio lustrare meatus,

Et norat quicquid docta Mathesis habet.

Imprimis sed cura fuit perdiscere verbum,
Verbum, quod superi fluxit ab arce poli.
Hinc pietas, nulli sine quâ licet esse beatum
Crevit, & haud fictus religionis amor,
Unâ exornabat præclara modestia mores,
Gratus & innocuâ cum probitate pudor.
Hinc quondam PATRIÆ lumen, splendorq; fuisset
Stirpis, & Aonii gloria magna chori.
Staminani vitæ Clotho truculenta scidisset,
Quæ, (licet egregium) nil finit esse diu.
Eheu spes hominum vanas, incertaqve fata,
Eventu quoties irrita vota cadunt.
Quos nobis animi cursus proponimus amplos,
Diversam in partem fors malè fida trahit.
Non secus ac puppim pelago quæ fertur in alto,
Invito retro remige fluctus agit,
Ante aliquod tempus, magnâ huc cum laude reversus
Inceptum cursum continuare volens.
Occidit heu nimis ante diem, SPES MAGNA PARENTUM
Vivere qui Pylii secula dignus erat.
Dulci pro reditu pro congressuque benigno
Nuntius extremum fert obiisse diem.
Qui dolor & luctus carâ cum matre futurus
Sit Patri, verbis dicere Musa nequit.
Flebilibus videor loca plena videre querelis,
Turgidulas lacrymis atque madere genas.
Sed quia sic voluit divina potentia, nostra
In manibus cujus vitaque morsque jacent.
Convenit esse modum luctus, justique doloris
Nil repetita etenim mœsta querela juvat;
Cum nunc SURLANDI coelestes Spiritus auras
Incolat, at corpus syave quiescat humo.
In Christi merito placidè quia lumina clausit:
Rursus in extremo jungetis ossa die.
Hic facie ad faciem Christi sine fine videbit
Ora Redemptoris concelebranda sui.

Mag. VI 9

[= Occasionalia vol. 3
= Funeralia S - Z]

VD17



Ultima Pietatis Verba

VIRO-JUVENI

CLARISSIMO PRÆSTANTISSIMO
DOCTISSIMOQVE

DN. M. JOHANNI
SURLANDO

HAMBURGENSEI,

VVITTEBERGÆ

D. XXII. Octobr. Anno c1o 1o c LXXVI.

*splendidissimâ Exequiatorum frequentia
elato.*

Poneb.

Collegii Concionatorii in templo arcis
diei Mercurii membra.



Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typographi.

